I. G. I. BREITKOPF

TYPOGRAPHIA SINICA

EXEMPLVM

TYPOGRAPHIAE SINICAE

FIGVRIS CHARACTERVM

E TYPIS MOBILIBVS COMPOSITVM

文 通 考

Examen *Literatis* *oblatum*

A

IOH. GOTTLOB IMMAN. BREITKOPF

LIPSIAE

E TYPOGRAPHEO AVTORIS

MDCCLXXXIX.

LITERARVM CVLTORIBVS

En! otii mei fructum, quem, post morbum gravem, ad recipiendas vires, a laboribus consuetis mihi remoto, hortorum salubritas, maturavit. Decet virum, qui a juventute literis destinatus, virilem aetatem literis inserviendo consummavit, ne in senectute quidem, ab illo tenore abhorrentem, in otio otiosum deprehendi.

Linguam ac *Characteres Sinarum* ope Artis Typographicae Europaeae, nempe, non ex tabulis ligneis, sed typis fusis mobilibus, qui quidem iterandis et mutandis usibus apti essent, componendi et imprimendi facultatem, ad nostram usque aetatem inter impossibilia esse ponendam, opinio quidem, sed erronea erat.

Licet vero ex usu horum typorum, a me alieno, nihil fortasse commodi in Saxoniam redundaturum sit; laborum

borum tamen me habiturum esse larga praemia existimo, aperiendo viam, laudatis artibus ac disciplinis antiquae et prudentis gentis Asiae, faciliori modo fruendi. Laetor denique mihi contigisse, ut Germaniae, Artis Typographicae Inventrici, id quod sui erat juris, novum hoc sollertiae specimen qualecumque sit, consecrarem.

Uberiorem inventi rationem, brevi dabo temporis spatio; perfectionem sive a me, sive ab exteris, quibus familiarior est Lingua Sinica, atque opera calligraphica ad manus sunt, expecta.

Scripsi Lipsiae e Museo,
in Vigiliis Veris,
Anni 1789.

Joh. Gottl. Imman. Breitkopf.

PERICVLVM SINICVM
PRIMVM

木	己	円
宜	東	主
愼	情	靡
據	美	聲